

tens? — Tum quia textus canonis (*Exodi* 4) hoc idem ostendit: ut patet de virga virtute divina conversa in serpente, et iterum redeunte eadem numero; et de manu Moysi, que prius fuit facta leprosa, quae postea rediit ad priorem statum. — Tum quia *'miracula sanctorum'* hoc testantur: ut patet de tauro quem sanctus Sylvester suscitavit. — Haec ille.

Et iu hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — AD ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

I. *Ad argumenta Scoti.* — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et ideo

Ad primum Scoti contra primam conclusionem, dicitur quod auctoritas Philosophi, que adducitur de 8. *Metaphysicē* (t. c. 11 et 12), non est ad propositum usquequaque: quia Philosophus non loquitur ibidem de identitate vel distinctione numerali, sed solum de specifica. Quod patet per expositionem sancti Thomae super eodem loco (lect. 4); ubi sic dicit: « Quia Philosophus superius dixerat quod una erat materia omnium, posset aliquis dubitare quomodo ex una materia diversitas rerum procederet. Antiqui enim naturales attribuebant hoc casui, tollentes causam agentem, ponentes per raritatem et densitatem ex una materia rerum diversitatem produci. Hoc ergo removet Philosophus, et dicit primo, quod *contingit*, una materia *existente*, fieri diversa, propter causam moventem: aut quia est alia et alia causa movens; aut quia eadē causa movens se habet ad operandū diversa diversimode. Videamus enim ex ligno fieri arcā et lectū ab uno artifice, secundum diversas formas artis quas apud se habet. Quia vero, licet materia prima sit communis omnibus, tamen materiae propriae vel proxime sunt diverse diversorum, ne quis totam diversitatem iterum attribuat moventi, et nullo modo materiali principio, subjungit quod *in quibusdam diversorum ex necessitate est diversa materia*, propria scilicet (z). Non enim quolibet natum est fieri ex materia qualibet; sicut serra non fit ex ligno. Nec etiam est in potestate moventis ut hoc fiat: non (b) enim potest facere serram ex lana vel ligno, quia, propter suam mollescē, non sunt apta ad opus serrae, quod est secare. Patet igitur quod diversitas rerum est ex moveente et materia.

(a) *scilicet*. — Omo. Pr.
(b) *non*. — nec Pr.

Si ergo contingat aliquod idem secundum speciem fieri ex alia et alia materia, ut phialam ex argento et auro, manifestum est quod principium movens erit idem, scilicet ars (z). Si enim materia esset diversa, et movens diversum, necesse esset quod etiam factum esset diversum. » — Haec ille. — Ex quibus, et multis aliis dictis Philosophi, eodem capitulo, patet quod ipse non intendit quod ad identitatem numeralem agentis et materiae sequatur identitas numeralis effectus, sed solum specifica; et ad diversitatem specificam illorum sequitur diversitas specifica effectus. Utrum autem ille idem effectus numero, qui producitur ab uno agente, posset produci ab alio agente ejusdem speciei de eadem materia vel subjecto, visum fuit in *Secundo* (6) quod non; licet arguens oppositum dicat in 2. *Sentent.* (dist. 20, q. 2); in quo plane contradicit sibiipsi, quia nunc dicit quod si agens sit aliis numero, effectus erit aliis numero.

Huic solutioni concordat Durandus (dist. 43, q. 2), respondens ad hoc argumentum in hac forma: « Dicendum, inquit, quod, agente et materia seu subjecto manentibus eisdem secundum numerum, non oportet esse eundem effectum secundum numerum: quia, si unitas agentis et materiae seu subjecti sufficit ad unitatem effectus, tunc sequeretur quod eadem numero circulatio cœli quæ fuit heri, esset hodie et cras, et sic semper; quia idem numero cœlum manet, et eadem numero intelligentia movens; hoc autem est absurdum. Ipsi etiam sibiipsis contradicunt: qui alibi dicunt quod, si in aliquo instanti appropinquaret ignis ligno, generaret hunc ignem, et, si in alio instanti appropinquaret aliis ignis eidem ligno, generasset eundem ignem numero; ergo, secundum eos, diversitas agentium secundum numerum non causat diversitatem numeralium effectus; quare nec identitas identitatem; ergo, supposito eodem subjecto et eodem agente secundum numerum, non est necesse effectum esse eundem secundum numerum. Quod autem dicit Philosophus, 8. *Metaphysicē* (t. c. 11), quod diversitas effectus est ex diversitate agentis vel materiae, intelligendum est de diversitate specifica, sicut Philosophus exemplificat de area et lecto quæ fiunt ex ligno, propter aliam et aliam formam existentem in mente artificis, quæ movet ad utrumque. Unde pluralitas numeralis effectuum non cadit sub illa regula. » — Haec Durandus.

Sed hanc responsionem quoad aliqua conatur Petrus labefactare, dicens (dist. 43, q. 2) quod « solutio illa, quoad illud quod dicit de diversitate et identitate agentis et patientis, non videtur valere. Quia, si diversa agentia producent unum effectum,

(z) *scilicet ars*. — secundum artem Pr.

(6) Cfr. 2. *Sentent.*, dist. 20, q. 1, art. 3, § 2. (Vol. 4, pag. 178 et seq.)

non propter hoc sequitur e converso (a) quod unum plura vel diversa : quia in divinis Pater et Filius spirant unum, sed non propter hoc Filius duos; nec in creaturis videmus necesse, cum ad unum effectum concurrant quatuor causae, quod quelibet earum faciat plures effectus, immo necesse est contrarium. — Solutio autem alia, licet sit bene ad mentem Philosophi, tamen a simili potest argui quod, sicut diversitas specifica effectus numquam est nisi ex diversitate agentis vel patientis specifica, sic nec numeralis nisi ex numerali. Propter quod potest dici quod idem manens idem, et eodem modo se habens specie, idem facit specie, sive illud esse specificum sit secundum substantiam, vel secundum accidens absolutum, vel relativum, quod tunc concurrit necessario ad agendum, sicut idem approximatum agit, non approximatum vero non agit, cum agere et non agere differant plus quam genere. Interagens autem et patients non est differentia in his nisi in habitudine propinquitatis et distantie. Et similiter, quia approximare (b) nunc et prius non est idem numero, sicut nec motus localis ejus est terminus, ita nec effectus ejus nunc et prius est idem numero. Secus autem in Deo, ubi nulla est variatio per hoc quod (c) nunc causat et prius ». — Haec Petrus. Et addit quod « non sequitur : *Est idem numero agens et materia; ergo idem est effectus.* Quia, si idem homo per eamdem viam vadat, et redeat, non propter hoc est eadem itio, nec ambulatio; quia in prima volet habere novam mercedem et justitiam, non sic in secunda. Similiter, si dicatur quod ambulatio non est res permanens, sed successiva ; — dicendum quod motus ita est effectus sicut res permanens; unde, si ad unitatem agentis et materiae sequitur unus effectus, ita tenebit in motu sicut in re permanente. Rursus, quia, si quis eadem penitus in eadem tabula rescribat litteram deletam, vel in eadem cera numero, non propter hoc est eadem littera, nec figura numero, que prius. Rursus, idem agens, scilicet sol, generavit, non coagente agente particulari, nisi forte continente (d), puta vermes in terra; nec propter hoc resuscitavit eundem vermem numero. Similiter, si uxor nutritur solis carnis filiorum suorum, cognita a patre (e) eorum regeneraret eosdem (f) numero, si ratio illa valeret; quia idem numero agens qui prius, Deus, homo, sol, idem patients, eadem materia, menstruum (g); quod est falsum. Ideo, ele. ». — Haec Petrus, et bene, nisi quoad illa in quibus impugnat solutionem Durandi.

(a) *e converso.* — Om. Pr.

(b) *approximare.* — *approximans* Pr.

(c) *quod.* — *qua* Pr.

(d) *continente.* — *continuitate* Pe.

(e) *a patre.* — Om. Pr.

(f) *eosdem.* — *idem* Pr.

(g) *in uero.* — Ad. Pr.

Cum enim dicit quod diversa agentia producent eundem effectum, etc., si intelligat quod quodlibet illorum producat illum effectum, puta (a) tamquam causa efficiens totalis et sufficiens, non tamquam pars cause totalis et per se sufficientis, et quodlibet illorum producat effectum in eodem gradu et ordine causalitatis, puta tamquam immediata, propria et proxima, et non quod unum sit causa universalis, aliud causa proxima, nec unum tamquam efficiens mediatum, et aliud immediatum, sed quod quodlibet sine alio sufficeret producere, — tunc falsum supponit, quia casus ille numquam contingit. Ille enim calor qui producitur a duobus calidis, non posset idem numero produci ab unico illorum, ut visum fuit, 2. *Sentent.* (dist. 20, q. 4). Si autem intelligat quod duo agentia alio modo possint concurrere ad productionem ejusdem effectus in numero quam sit dictum, non est ad propositum. Nec valet quod dicit de Patre et Filio producentibus unicum Spiritum Sanctum : quia Pater et Filius in tali productione non sunt duo principia Spiritus Sancti, sed unus; nec agunt duabus actionibus, sed una; nec sunt plura agentia substantive, licet sint plures agentes adjective. Quod autem ulterius dicit de quatuor causis specificis distinctis concurrentibus in creaturis ad eundem effectum in creaturis, — non valet ad propositum : quia solus loquimur de pluralitate causarum efficientium. Dicitur ergo quod impossibile est eundem effectum numero a diversis efficientibus totalibus per se sufficientibus simul vel successively produci, et quod, diversificato efficiente per se sufficiente, diversificatur effectus. Nec tamen oportet quod ad identitatem solius efficientis, vel solius materiae aut subjecti, vel amborum, sequatur idem effectus numero. Nec hoc volt Philosophus. Tamen, secundum dicta Scotti, sicut identitas causarum infert identitatem effectus, ita diversitas diversitatent effectus, sicut patet ex recitatis in secundo articulo. — Cum autem ulterius dicit Petrus, quod videtur posse argui quod, sicut diversitas specifica effectuum semper requirit aliquam diversitatem specificam in causa efficiente, ita diversitas numeralis effectuum requirit diversitatem numeraliem in causa, etc.; — dicitur quod non valet consequentia : quia plura requiruntur ad distinctionem specificam quam ad numeralem. Conceditur tamen quod in causis et effectibus creatis distinctionem numeralis effectuum necessario requirit aliquam distinctionem in causis efficientibus, vel materialibus. Sed non oportet quod talis distinctione sit secundum realem diversitatem substantiarum ipsius efficientis, vel materiae; sed sufficit aliqua distinctione accidentalis : puta quia alia actione, vel motu aut mutatione, agit nunc quam prius; ad diversitatem autem motus, vel actionis, sufficit interruptio temporis. Caetera dicta Petri stare possunt.

(a) *a.* — Ad. Pr.

Ad secundum, quod est replica contra primam responsionem ibidem recitatam, — dicitur primo, quod illa responsio bona est, si intelligatur modo statim expresso, scilicet quod diversitas numeralis effectus potest contingere ex sola alietate actionis, que contingit ex interruptione temporis. — Dicitur secundo, quod prima replica contra illam responsionem non valet; quia consequentia principalis non valet, nec ejus probatio. Quia, licet continuitas temporis intermedii nihil faciat ad identitatem rei permanentis, ut permanens est; facit tamen adjacens unitatem et identitatem, ut subest motui vel mutationi, et a qua dependet ut a per se causa, et ut a principio *quo* vel *quod*. Sic autem est de omni producto ab agente naturali. Cum ergo nullum agens naturale possit actionem preferitam resumere, consequenter nec potest terminum illius actionis iterum producere; quia numquam due actiones ejusdem ordinis possunt terminari ad eundem effectum in numero, per quarum quilibet realiter de non esse in esse producatur realiter, et per aliam non produceretur, sed, prius existens, alieni materiae communicaretur vel uniretur; sicut patet ex post dicendis. — Illa autem qua arguens adducit de influentia, nihil valent. Tum quia, cum dicit *primo* (z), quod similis influentia cum alio agente sufficit ad identitatem effectus qui producitur ab isto agente, in se falsum est; et, ut prius dictum est, contradicit dictis in primo argumento, ubi vult quod causa et effectus se consequuntur in identitate et diversitate. Tum secundo, quia falsum assumit in *secunda forma*, scilicet quod influentia colla non sit aliquid absolutum, sed pura relatio; hujus enim falsitas patet; quia talis influentia est principium agendi realiter; quod non competit puro respectui. Et propter multa alia illud secundum argumentum non valet.

Concordat huic responsioni Durandus. Inquit enim sic (dist. 43, q. 2): « Unitas et entitas effectus existentis in tribus signis temporis, dependet per se a causa sua conservante, et ab actione per quam conservatur. Quae actio interrumpitur, si effectus sit in secundo signo et non in primo, vel econtra. Actio autem interrupta, et maxime naturalis, non potest per naturam eadem numero redire. Quare nec terminus actionis. » — Haec illo.

Sed ista solutio non placet Petro. Ideo aliter respondet, dicens (dist. 43, q. 2) quod « existentia hodierna, ut sit eadem cum antehercera, dependet ab hercetera, non simpliciter, nec respectu Dei, sed secundum quid, et respectu creaturae. Quae creatura conservando antehercera, et cessando conservare hercera, si hodie reincipiat conservare, non eodem modo se habet nunc sicut prius; quia est mutata de otio in actionem; quia omne agens creatum refertur realiter ad passivum; quod Deo non convenit. Ideo crea-

tura agit aliud nunc quam prius necessario: quia habet se aliter nunc quam prius, et non eodem modo. Et, per oppositum, semper se habens nunc ut prius, si de necessitate naturae ageret, semper ageret eundem effectum quem prius; nisi effectui repugnaret stare, sicut motui. Vel, quia agit ut vult, facit hoc quando vult, et non quando non vult ». — Haec Petrus.

Mihi tamen videtur quod responsio Durandi, dum tamen non extendatur ad Deum, est bona, et secundum mentem sancti Thomae, ut patet in primo articulo.

Ad tertium principale dicitur quod idem numero permanens, his produci, non est simpliciter impossibile, sed simpliciter possibile respectu Dei; non autem respectu creaturae. Ideo consequentia secunda ibidem facta non valet, qua dicitur: *Hoc non est simpliciter impossibile, ergo est in causalitate omnium eorum in quibus fuit*; sed est fallacia consequentis.

Concordat huic solutioni Petrus, solvendo quintum Durandi contra secundam conclusionem, quod est huic simile. Dicit enim sic (dist. 43, q. 3): « Idem numero reparari, est possibile simpliciter. Et tamen est impossibile naturae: quia, quamvis naturalis agentis et subjecti sint aequae potentia sicut prius (ex quo sequitur quod aequae perfectum effectum possunt sicut prius), non tamen se habent eodem modo numeraliter ad invicem sicut prius, sed solum eodem modo specie; et ideo in eundem effectum specie possunt, non numero. Licet autem materia non eodem modo se habeat ad Deum, postquam habuit formam, ut prius, quando eam a Deo recipiebat, Deus tamen eodem modo se habet ad omnia. Et ultius, etiam Deus ex parte subjecti (z) nullam habitudinem requirit; unde, sicut sine subjecto potest producere effectum, sic, sine hoc quod subiectum habeat eamdem habitudinem, potest eundem effectum imprimere. » — Haec Petrus.

Ad hoc etiam faciunt bene dicta Bernardi de Ganano contra Heircum, recitata contra tertiam conclusionem: scilicet qualiter forma corrupta, vel destrueta, non amplius remaneat in potentia naturali materiae, in ordine ad actum naturalem, licet remaneat in potentia obedientiali materie, in ordine ad Deum. Et de hoc amplius postea dicetur.

Ad quartum dicendum est sicut ad secundum respondet Durandus. Quia scilicet, in casu argumenti, si radius produceretur continue a sole in primo et ultimo instanti et tempore intermedio, tunc continue maneret eadem actio et mutatio; ideoque nil mirum si continue permaneret idem numero effectus. Secus autem est ubi radius non producitur nec conservatur tempore intermedio: quia tunc interrumpitur prima actio, a cuius iden-

(z) *prima*, — *Om. Pr.*

(z) *subjecti*, — *objecti* *Pr.*

titate numerali dependet identitas numeralis radii; ideoque radius in ultimo instanti productus, non est idem numero qui prius, sed idem specie, sicut et productio ultima cum prima. Sive ergo identitas radii in ultimo instanti dependeat ab existentia ejus in tempore intermedio, sive non, tamen constat quod dependet a prima productione; que, quia non potest resumiri, nec consequenter identitas radii, sed est aliis et aliis. Potest etiam responderi ad hoc sicut respondet Petrus ad secundum in forma; ideo, sicut dicit ad secundum, dicatur ad quartum.

Ad quintum patet responsio ex dictis Bernardi superius recitatis (z). Si enim loquamur de potentia materiae quoad suum absolutum, antecedens est verum, sed consequentia non valet. Si vero loquamur de potentia materiae quoad absolutum, et quoad ordinem quem dicit ad formam, tunc consequentia bona est, sed antecedens est falsum: Nec ejus probatio in hoc sensu procedit, sed dimitur in primo. Vide ergo per longum dicta Bernardi, quia optime faciunt pro hac solutione; et similiter ea que dicta sunt in solutione tertii (6) argumenti de potentia naturali et obviationali.

Ad sextum respondet Durandus (dist. 41, q. 2), dicens quod « negatio praecedens productionem rei, et sequens, sicut ejusdem rationis, quantum est de natura negationis. Et, secundum hoc, neutra impedit productionem rei. Sed sequens negatio, non quatenus negatio solum, sed quatenus interrumpens entitatem rei praexistentis, facit quod productio sequens non est eadem cum praecedente; propter quod nec res producta potest esse eadem. Hoc autem non facit negatio praecedens ». — Hoc Durandus.

Sed ista solutio non placet Petro. Dicit enim (dist. 43, q. 2) quod « ista solutio non valet; quia concluderet quod nec Deus potest idem numero reparare. Et contra solutionem suam est: quia negatio praecedens tollit omnem entitatem rei; non autem est plus entitatem rei interrumpere ad tempus aliquod praecedens, et ad tempus supponere, quam ipsam ad omne tempus praecedens negare; quanto enim aliquid plus distat ab entitate, tanto minus potest fieri ens; unde, si, non obsfante quod res nunquam habuit esse, eadem numero potest produci, multo magis si semel habuit esse, dum famen hoc ei non repugnat, nec agenti. Ergo quando est talis quod non potest plures sumi, sed tantum semel, tunc similiter res illa potest fieri tantum semel, non plures, ut motus: fieri enim terminatur ad esse; et cui repugnat plures esse, et fieri. Ideo est quando repugnat agenti, ut creature: nam sicut agenti creature repugnat plures agere unum effectum in specie, ut corporali, quae fatigantur, et tandem deficit, sicut animalia cessant generare; sic

repugnat toti creature eundem effectum numero: sive agere; quia omnis creatura aliter se habet postquam egit quam ante, unde non potest agere sicut ante in omnibus est per omnia, etiamsi alias non sit ex parte effectus repugnantia. Nec est dicendum quod non sit defectus ex parte effectus nec agentis, sed ipsius actionis: quia ubi est actio simplex, sine motu et mutatione, nihil ei repugnat, nisi quod repugnat principio vel termino; motui autem et mutationi aliquod repugnat ex se, quod neutri extremo repugnat, ut simultas, vel aliquid hujusmodi ». — Hec Petrus.

Mihi tamen appareat quod responsio Durandi, intellecta precise de actione creature, est ad mentem beati Thomae. Talis enim actio est cum mutatione, et, cessante termino, productio cessat, nec potest eadem numero resumiri; ideoque nec ejus terminus potest actione creature resumiri, vel idem numero reparari. Secus est de actione Dei, que inquit, cessante termino, productio cessat, et ideo quicunque effectus per eam productus, quantunque distentur, potest per eam reproduci. Et sic patet quod non est idem nec simile de utrapque actione. — Quod autem dicit Petrus de interruptione entitatis ad tempus, et de negatione ejus, quantum ad omne tempus praecedens, etc., non valet contra illud quod dictum est: quia non dicimus quod sola interruptio entitatis prius existentis sit totalis causa impossibilitatis reparacionis annihilationi vel corrupti; sed quod interruptio entitatis et actionis creature praexistentis est causa impossibilitatis reparacionis rei corruptae vel annihilationis per agentis creatum, et per actionem creatam, cui repugnat plures sumi eandem numero cum interruptione. — Cum autem Petrus assignat totalem rationem hujus impossibilitatis existentis variationis ipsius agentis creati, quia aliter se habet postquam egit quam se haberet antequam ageret, non videtur sufficere: quia ubi agens non aliter se habet nunc quam prius secundum aliquod absolutivum vel relativum, quod sit principium actionis vel termini vel effectus ejus, quantumcumque varietur secundum alia impertinentia ad actionem vel terminum vel effectum, non videtur quod ex sola tali alteritate impossibilitetur ad aliquid quod prius erat sibi possibile; sed sic est de illa alteritate quam ponit Petrus; ergo illa sola non est causa quare agens creatum non potest reproducere corruptum, quod prius produxerat. Oportet ergo assignare aliam causam facientem ad propositionem. Nec appareat alia nisi illa que dicta est, ubi presertim manet idem agens et materia quoad omnia principia actionis et termini vel effectus. Et quod sic responsio Durandi, bene intellecta, sit ad mentem sancti Thomae, patet. Nam ipse (x), Quodlibet

(z) Cfr. art. praece., § 3, m.

(6) tertii, — secundi Pr.

(x) ubi supra. — Ad. Pr.

beto 4, art. 5, arguit sic, tertio loco: « Differentia est causa numeri. Sed nihilum non facit aliquam differentiam; quia non entis non sunt species neque differentiae, secundum Philosophum. Ergo quod redactum est in nihilum, potest reparari. » Ecce argumentum. Siquidatur respectus i.e. Dicendum quod nihilum non est differentia alienigenae entis; sed per hoc quod aliquid reducitur in nihilum, interrumptur continuatio essendi, quae pertinet ad unitatem motus et eorum quae consequuntur ad motum. » — Hoc ille. — Ex quibus patet quod dictum est, etc.

Ad septimum respondet Petrus (dist. 43, q. 2), dicens quod, « licet virtute divina possit prius permanere, variato posteriore; tamen, secundum naturam, semper (z) necesse est, variato posteriori, variari prius; sicut mutatio accidentium magis facta abiecit a substantia. Et sic naturaliter, variata rei permanentia, licet posteriore, variatur unitas; licet respectu Dei non semper sit necesse. » — Hoc Petrus, et bene. — Cati potest addi quod argumentum procedit secundum non causam ut causam. Quia unitas rei permanentis secundum numerum in secunda productione post corruptionem, non impeditur propter solam variationem in permanentia et continuatione essendi, sed propter variationem alienigenae priorum praecedentis unitatem et entitatem rei proprie, scilicet ipsius productionis, quae est cum mutatione, loquendo de agente creato. Et ideo, variato priori, necesse est variari posteriori. Omne enim productum ab agente creato posteriori est mutatione, et presupponit eam ut causam sui, ut patet ex dictis in secundo articulo, et amplius patet in isto tertio; ideo, variata mutatione, variatur productum a creatura.

Ad octavum dicitur quod probatio conclusionis bene intellecta sufficienter concludit; nec fundatur in falso. Ubi sciendum quod, sicut dicit Durandus (dist. 43, q. 2), « quando aliquid dependet ab alio per se et de necessitate, multiplicato eo, necessario ipsum oportet multiplicari. Sed forma producta per se et ex necessitate dependet a sua productione; immo est idem, secundum aliquos (quodcumque), magis haberefetur propositionem. Ergo, plurificata actione, necesse est formam productam multiplicari. Constat autem quod alia actio est secundum numerum illa per quam res productur primo, et illa per quam secundum reparatur. Ergo et forma que est terminus prius productionis, est alia secundum numerum ab illa que est terminus secundum. Quid autem illae actiones sint donec, et mouenda, patet? quia qualiter earum est motus, vel mutatione sepebus motus; sed motus qui sunt in diversis temporibus, et mutationes sequentes tales motus, sunt ex necessitate diversi motus et mutationes, quantum est de cursu inducere.

(z) semper. — caput Pr.

et communis doctrina Philosophi hoc habet, quod unitas temporis sequitur ad unitatem motus et actionis; quare, etc. Sequitur ergo conclusio principalis, quod natura non potest eamdem formam numero reparare. — Quod autem dicit arguens, quod duo motus differentes secundum speciem, etc., dicendum quod non est simile de actionibus quarum quilibet producit terminum actionis ut sit, et de actionibus quarum neutra, vel saltem alia, non producit terminum actionis ut sit, sed ut sit (z) hoc vel aliud in ipso. Pluralitas enim primarum actionum necessario ponit pluralitatem terminorum; non autem pluralitas secundarum, quales sunt duo motus locales, et similiter generatio et resurrectio. Ex quibus patet ad *primam* et *tertiam* instantias adductas. — Ad *secundam* vero dicitur quod non sicut intentio Augustini, quod productum per propagationem, et postea corruptum, possit idem numero reparari per putrefactionem, vel econtra, nec quod propagatio et putrefactio possint concurrere ad idem numero (6) producendum, ita quod per quilibet actionem producatur totum; quia illa sunt impossibilia. Sed volunt dicere quod aliqua sunt, quae secundum suam speciem possunt produci per propagationem vel putrefactionem. Sed hoc non est contra propositum nostrum. » — Hoc Durandus.

Petrus vero (dist. 33, q. 2) dicit quod responsio ad dictum Augustini non sufficit. « Quia sicut duas generationes aequivoce non necessario terminantur ad effectum aequivoctum, sed univocum: ut natus per putrefactionem genitus, seminando, alii generat, utique sine specie, ex semella simili modo per putrefactionem generata. Quando autem masculus et femina sunt unus speciei, et genitum est eis univocum, quanvis aequivoce cum eis generatum; sicut Adam et Eva similiter producti generunt filios ejusdem rationis, licet non similiter productos. Quod autem ab equo et asina generetur burdo, vel natus, est quia vocant eum semella alterius speciei. Unde aliter dicendum, quod contingit duas generationes terminari ad idem productum, quando terminus per primam productus est, et per secundam non est productus, sed communicatus; sicut nutritio et generatio terminantur ad idem. Quando vero per utramque terminus producitur per natum, sunt duo producta, sicut et duas productiones. Sed respectu Dei non oportet, qui potest multiplicare media ad unum extremum. Nec obstat de generatione univoca; quia dicitur aliquis quod illae generationes sunt univoco intrinseco considerante, quia recipiunt speciem a termino *ad quem*; sed extrinseco prout dicitur univoca que est ab agente unius rationis, et aequivoca que est ab alio), sunt aequivocae. Sic enim omnis generatio in qua concur-

reantur. — Ad Re
ad numero — pas Pr

runt agens universale et particulaire ejusdem (x) rationis, habet rationem univocam et aequivoce: quia aequivoce extrinsecum, sed univocum intrinsecum. — Hac Petrus.

Mini videtur quod impossibile est, quacumque virtute, idem productum, bis produci duplicitate actione creata, quae sit per se causa ipsius producti. Sed non est inconveniens idem produci primo productione creata, tamquam per se causa; et si concurrit postea, vel annilitatur, iterato produci productione increata, tamquam per se causa. Quod si concurrat productio creata cum increata, illa secundum productio creata non erit per se causa, sed per accidens, illius producti; sed solum productio increata.

Ad minimum respondet Petrus (dist. 43, q. 2), quod a responsio quam dat Scotus ad dictum Aristotelis (2. de Generatione, t. c. 70), non valet. Quia aut ipse intelligit quod est possibile per naturam, sed numquam vel raro contingit; aut ipse intelligit quod frequenter vel semper contingit. Si secundo modo, manifeste est contra intentionem Philosophi; quia, si illud contingit semper (scilicet idem numero reparari), ergo est necesse, et non solum possibile; quia semper sunt necessaria. Si autem contingit frequenter, et raro oppositum, hinc Philosophus debuit dicere magis quod redunt quam quod non redunt: quia id quod est raro est per accidens, non cadit sub arte; sed id quod est frequenter, est ponendum in physico. Si autem intelligit primo modo, quod est possibile, sed raro vel numquam contingit, falsum est: quia virtutes naturales agunt frequenter, vel ut semper. Si ergo virtus naturae est ad idem numero reparandum, ergo vel frequenter vel semper idem numero reparat. Et sic, cum naturae agit de necessitate nature illud quod potest, quantum et quando potest, per consequens natura coelstis, que in superioribus agit ut semper, quandocumque in superioribus ageret, semper idem numero ageret (y); et sic eadem erit numero circulatio que fuit hodie et hori, etiam si fuerit interrupta quod dices dicitur etiam Deo esse impossibile; et eadem eclipsis numerus semper redire, et illuminatio aevi et stellarum semper eadem numeri redire, ex quo natura illuminantis et illuminabilis hoc potest. — Hac Petrus, et bene.

II. Ad argumenta Aureoli. — Ad argumenta Aureoli contra eamdem conclusionem, dicitur quod precepsit secundum non causam ut causam, et quia causa quare per agens naturae non potest constitutum idem numeri redire, non est diversitas tem-

(x) *Ex ipsam.* — Om. Pr.

(y) *mutuus agit de necessitate nature illud quod potest;* et quantum et quando potest, per consequens natura coelstis, et que in superioribus agit ut semper, quandocumque in superioribus ageret, semper idem numeri ageret. — *mutuus agit;* agit ut semper, quandocumque agit. Pr.

poris precedentis et sequentis, ut arguens putat, sed diversitas primae mutationis cum secunda. — Dicitur secundo, quod, in *primo casu* ibidem recipiato, ille ignis qui productus fuisset ex stupore in A instanti, si activum fuisset applicatum passo, in (z) alio instanti produci potuit, ubi omnes causae naturales, tam superiores quam inferiores, universales et particulares, agentes et materiales, que concurrebant in A instanti, concurrisserint et eodem modo se habuissent quilibet in se et in ordine ad alias in alio instanti, sicut concurribant et se habebant in A instanti, et eadem actione egissent in alio instanti qua egissent in A instanti; aliter non. Non tamen sequitur, si tunc fuisset productus idem ignis in alio instanti, qui erat producendus in A, quod similiter idem ignis, post sui corruptionem, fuisset reparatus in alio instanti: quia aliud est locum de effectu munquam producto, et de effectu corrupto; quia effectus producibilis naturaliter, si nondum est (z) productus, est in potentia naturali activa efficientis, et passiva naturali subjecti vel materiae secus est de potentia effectu corrupto, ut patuit superius, ex dictis Bernardi de Gannato. (z) Dicitur tertio, quod, in *secundo casu* ibidem recipiato, summa sine quacumque probatione assumitur, scilicet quod intensio caloris interrupta, sit eadem numero cum intensione non interrupta, ut patuit ex dictis, et patibit inferius ex dicendis, etc.

S. 2. AD ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi. — Ad argumenta Durandi contra secundam conclusionem nunc dicendum est. Et quidem

Ad minimum respondet Petrus (dist. 43, q. 3), dicens quod et major est vera, scilicet Deum non plus posse propter hoc quod agit libere, quam si ageret necessario, et quoniam aliqui dicant quod nisi: quia, si ageret necessario, produxisset munsum ab aeterno, si tamen esset producibilis, immo, nisi ab aeterno produxisset, numquam produxit, quia idem numerus idem, etc; sed, si liberum non potuit, ut dicitur. Sed minor est falsa. Et id probationem, dicendum quod, licet Deus ageret tunc sicut creatrice, quoad modum, non tamen quicquid virtutem; quia posset prodicere angelum et coquum, quod nulla natura potest, etiam si de necessitate ageret; ita, p[ro]tsi de auctoritate ageret, non sequitur quod non posset idem numero reparare, per hoc quod creatura hoc non potest. — Ad id de Filio dicendum est pot intermissionem. Quis si per impossibile, divisione generatio interrumperetur, et

(z) *nulla.* — Ad. Pr.

(y) *est.* — Om. Pr.

(z) *Cfr. art. prae., § 3, m.*

rediret, esset eadem numero, et idem filius. Quia unumquidque agitur sicut natum est agi; unde illud quod non est natum esse nisi numero idem, non potest multiplicari. Propter quod, si non maneret prior generatio vel spiratio, rediret eadem; quia hujusmodi non sunt natae multiplicari. Sic enim Deus generat (2) Deum, sicut persona personalis; quod autem genitum (3) debet distingui a genitore, facit ibi numerum personae generatae et generantis, non autem Dei generati et gignentis; sed sunt unus Deus genitus et gignens, non autem una persona, quia personalitas nata est multiplicari, non autem divinitas. » — Hoc Petrus.

Sed videtur in aliquibus desicere. Primo, in hoc quod concedit majorem Durandi. Illa enim videtur falsa. Nam, si Deus ageret mere naturaliter, non posset in tot opposita sicut nunc potest, puta in contradictione, ut est producere mundum et non producere, annihilare et non annihilare. Talia enim potest nunc, et tunc non posset; quia natura determinata est ad unum. Sicut patet quod, quia Deus natura producit ad intra Filium et Spiritum Sanctum, ideo non potest non producere illos. Nec philosophi concederent Deum posse cessare a productione mundi, vel posse mundum a se productum annihilare, sicut fides concedit. Ideo, etc.

Ad secundum respondet Petrus (ibid.); et dicit quod et prima pars processus concedenda est. Sed ad secundum, dicendum est, quod sicut asinus producibilis virtute finita non potest creari nisi virtute infinita, quia iste modus repugnat virtuti finita; sic dico quod producere eundem effectum specie cum priori non repugnat, sed producere eundem numero cum corrupto, repugnat virtuti creante. Unde ad illud quod tertio dicitur, concedendum est quod diversa habitudo hoc facit. Quia, quamvis habitudo, sicut realis, non sit per se principium actionis, tamen illa est causa sine qua non actionis; quia agens approximatus agit elongatum non agit, cum tamen esse prope et latice sint habitudines. Unde, quia omnis agens creatura reale referunt ad suum passum, quia potentia passiva referunt ad activam sibi coadiuantem, inde est quod aliter se habet quod agit vel egit, quam aitquam egisset; proprie quod aliud effectum producit quam prius. Deus autem semper eodem modo se habet realiter, et solum se habet diversimode secundum rationem; quod nihil variat; alias, si diversitas habitudinis impedit effectum esse unum, cum anima in resurrectione habeat aliam habitudinem quam prius, quia corrupto corpore conservabatur per se a corpore, nunc autem in corpore, nescit alia habitum, et per consensum non fieret idem homo. Et hoc in hoc sit dissimile, quia ibi est effectus formidissimel. Hic em-

ptivus, tamen illa propositio, *Idem manens idem*, ita tenet in causa formali sicut in agente, et plus; quia varietas et unitas causae formalis multo magis variat vel unit effectum quam illa quae est causae agentis. Quod ergo iste asinus non generat asinum eundem numero quem ille, etiam si esset eadem materia numero, potest reduci in diversitatem numeralem generantium. Quod autem asinus secundo generalis, etiam si esset eadem materia numero, non generat eundem quem prius est quia non habet eandem habitudinem ad materiam nunc quam prius: quia illa quam prius habuit, corrupta est, haec autem nova est; sicut ergo approximatus agit, non approximatus non agit, sic approximatus una vice generat unum, approximatus alia vice generat alium. In Deo autem non est differens approximatio, nisi pura ratione. Unde non est simile. » — Hoc Petrus.

Et videtur mihi quod male quoad multa. Primo quidem, in hoc quod concedit primam partem processus argumenti: puta quod differens modus agendi non sit causa cur Deus potest corruptum vel annihilatum idem numero reparare, non autem agens creatum; puta quia agens naturale agit cum motu vel mutatione, non autem Deus. Ille siquidem processus non concludit contra hinc dicendi modum, qui est sancti Thomae. Nam, cum dicit Durandus, et Scotus post Durandum, quod in tali reparatione est vera mutatio, a quocumque fiat, etc.; — dicitur quod falsum est, in casu quo angelus vel materia prima post annihilationem reparetur; quia, sicut in talium creatione nulla est mutatio, ita nec in eundem reparatione. Et similiter, si totum compositum esset annihilatum cum omnibus partibus suis, et totum simul in instanti recrearetur, ibi nulla esset mutatio. Item, in casu quo forma esset corrupta, materia remanente, quando postea forma reparatur et unitur priori materiae virtute divina, dicit ibi sit vera mutatio, tamen illa mutatio non est in opero divino per se causa nec reparationis formae in identitate numerali, nec unionis ejus ad materiam: quia Deus sine quacunque mutatione posset formam reparare et materiam unire, creando totum compositum et quilibet ejus partem, et omnia ejus accidentia in instanti; ubi constat quod nulla esset vera et propria dicta mutatio. Secus est de agente creato, quod non potest agere nisi transmutando materia in subjectum de potentia ad actum, et consequenter nisi cum mutatione que de per se est causa sui termini et effectus sequentis. Patet ergo quod similitudo non valeat: quia, quandocumque Deus aliquo effectum producit interveniente motu vel mutatione, illa mutatio de per accidens se habet ad effectum a Deo productum, quia sine illa posset aque illum producere. Item, cum secundo loco dicit Durandus, quod facilis videretur producere abiquid cum motu quam sine illo, etc.; — dicitur quod faci-

(2) Sic enim Deus generat. — Sicut est de generare Pr. (3) est. — Ad. Pe.

Ius est profligere cum motu vel mutatione aliquid quod potest esse terminus motus et creationis de per se, quam sine motu, per solam creationem; sed illud quod corruptum est, non potest ulterius esse terminus motus vel mutationis de per se, quia nec praecedentis nec sequentis de per se; sed bene potest esse terminus creationis; ideo facilius potest reproduci per creationem quam per mutationem de per se; et sic potest reparari per Deum, qui potest creare, et non per creaturam, que non potest nisi per mutationem agere vel producere.

Secundo videtur Petrus dicere in hoc quod totam impossibilitatem reparationis corrupti respectu virtutis creatae reducit ad diversitatem habitudinis impertinentis ad actionem, ut supra dictum est. Ex hoc enim sequitur, ut deducit Auresolus (dist. 43, q. 1, art. 4), quod ignis illum calorem quem potuit hodie producere in aliqua materia sed non produxit nunquam in futurum poterit, nee unquam prius potuit producere, nisi dumtaxat hodie: quia nunquam eodem modo se habuit aut habebit immaterialiter in se et in ordine ad passim sicut hodie, licet potuerit aut possit se habere eodem modo secundum speciem. Videtur ergo dicendum quod sola diversa habitudo agentis naturalis ad suum passum quoad identitatem vel diversitatem actionis et mutationis unus ab alio, sit in causa, et non quacumque alia habitudo, quia nec est actio, nec est principium ejus de per se, nec termini aut effectus actionis. Cum autem dicit Durandus, quod actio Dei interrupitur, quia primum produeat, et postea corruptum reparat, — falsum est: quia actio Dei qua effectus per se ab eo producitur, non est quodcumque accidens absolutum vel relatum, sed est divina intellectio et voluntas, ut dictum est, 2. *Sentent.* (dist. 1, q. 2). Utrum autem interruatur aliquis respectus rationis Dei ad creduram, non multum est ad propositum: quia Bernardus de Ganano dicit quod non, ut supra visum fuit; et, dato quod sic, non impossibilitate Deum ad sua possibilia.

Ad tertium respondet Petrus (ibid.). Et dicit quod: « immo diverse actiones productivae possunt esse ad unum terminum reali. Et non solum secundum eum, intensio et remissio, et diversa intensiones et remissiones, possunt esse ad unum terminum reali (2), que sunt ad hoc non quod terminus sit, sed quod magis vel minus sit; immo actiones, que sunt ad hoc quod terminus sit. Quia quod actio et motus different a termino, palet: quia actio est in predicamento actionis, et motus in predicamento quantitatis; termini autem eorum extra. Immo, quando est augmentum vel decrementum continuum, ibi est duplex quantitas differentia spe-

cie, scilicet manens et fluens, vel manens et fluxus. Aliter non possent esse diversi motus reales intensio et remissio, nisi terminus differret re: quia quaecumque uni et eidem sunt eadem, inter se sunt eadem. Ergo motus intensionis et remissionis augmenti et decrementi, possunt esse diversi sine diversitate termini, ex diversitate temporum; quia differunt ab ipsis terminis. Non est autem ratio quare motus vel actio productiva magis sit idem cum suo termino quam de actione alterativa. Ergo non oportet productiva esse distincta propter distinctionem productionum. Unde aliquis diceret quod quando plura agentia concurrunt ad unum effectum producendum, sunt ibi plures productiones, sive actio sit in agente, sive in paciente, si actio est esse ab hoc; quia tunc actiones sunt ab his. Et si dicatur quod non est simile: quia ibi, si essent plures actiones, esset famam una passio; sed quando bis producitur res, rei est duplex produci; — non valet; quia in generatione et resurrectione est duplex pati et recipere, quia materia bis passa est, et bis recipit formam. Potest ergo aliquid plures dari, etiam non corruptum. Sed bene verum est quod non potest bis produci, nisi sit corruptum. Sed, si semel est corruptum, poterit iterum produci. Nec oportebit distinguiri productum primum a secundo producto, propter distinctionem productionum; quia producio differt re, vel saltem reali habitudine, a produculo. » — Hec Petrus.

Mibi videtur quod idem productum numero non potest dependere per se a duabus productionibus creatis realiter distinctis: quia productio, et generaliter omnis actio creata transiens, quoad suum materiale est eadem realiter cum termino suo, sicut motus et mutatio, licet differat a termino quoad suum formale, ut visum fuit, 2. *Sententiarum* (dist. 1, q. 2) (2). Cum autem dicit Petrus, quod actio est in predicamento actionis, etc.; — dicendum quod, secundum Aristotelem, 3. *Physicorum* (l. c. 22), actio et passio et motus quoad suum materiale sunt in eodem predicamento cum suis terminis, licet quoad formalia sua; scilicet habitudines quas important, ad alia praedicamenta pertincent; — Cumque ulterius dicit Petrus, de intensione et remissione, et augmentatione et decremento, quod, nisi realiter different a termino, non possent esse diversi motus, etc.; — negatur consequentia. Quia terminus ad quem ipsius intensionis realiter differt a termino ad quem ipsius remissionis: terminus enim (5) intensionis caloris non est ipse calor absolute et simpliciter et sine plurali, sed calor sub esse perfecto; talia vero esse ejusdem caloris different realiter, licet calor maneat idem secundum essentiam, ut visum fuit in 4. *Sententiarum* (dist.

(2) a verbis *Et non solus usque ad realem, om. Pr.*

(3) Cfr. presertim art. 3, § 2, m.

(5) enim, — etiam Pr.

17, q. 2). Et idem dico de motu augmenti et decrementi, quod differunt realiter, non solum propter diversas habitudines, immo propter diversos terminos absolutos ad quos sunt; licet aliquid absolutum idem maneat in utroque terminorum augmenti et decrementi, sicut etiam eadem qualitas secundum essentiam est pars termini intensionis et remissio-

nis. — Ulterius, cum dicit Petrus, quod quando plura agentia concurrunt (z), ibi sunt plures actiones, etc.: — dico (G) quod, sicut in illo casu omnia illa agentia concurrunt, et quasi unum perfectum agens, ita omnes ille particulares actiones sunt una completa actio, cui correspondet una passio. Et similiter, omnes ille actiones identificantur quoad summam materiale et absolutum, quod est forma producta; licet diversificantur quoad habitudines ad diversa agentia. — Ex quibus omnibus infero quod impossibile est plurificari secundum essentiam productiones creatas, per quarum quamlibet terminus de non esse in esse producitur, quin (y) plurificetur productum: cum productio creata, quoad ejus materiale, sit eadem cum termino realiter.

Dico ergo aliter ad argumentum, quod scilicet idem productum potest produci dupli actione productiva: una creata, quae identificatur suo termino; et alia increata, quae essentialiter differt ab illo termino, nec illo modo sibi identificatur. Quod autem productatur dupli productione creata de non esse simpliciter ad esse, non est possibile. — Dissimilitudo vero quam ponit arguens, de motu locali et de motu ad formam, quod scilicet (z) idem locus potest acquiri pluribus motibus, non autem eadem forma, etc., — non est sufficiens. Sed ratio et causa illius dicti est quia locus est terminus extrinsecus motus localis, nam terminus ejus intrinsecus est ipsum ubi; et ideo diversi motus possunt terminari ad eundem locum, non autem ad idem ubi secundum numerum. Forma vero est terminus intrinsecus motui per quem acquiritur, et similiter productioni creatae qua producitur. Ideo impossibile est eamdem formam secundum numerum produci dupli productione creata: quia tunc esset duplex productio, et non duplex, sed una. Seus autem est de productione increata, que nullo modo est eadem cum aliqua forma creata aut alia creatura. Et ideo non est impossibile idem productum dupli productione produci, quarum una sit creata, et alia increata.

Ad quartum respondet Petrus (ibid.), dicens quod, « in illo casu, angelus esset his creatus, non numero creatus vel creantis, sed numero creationis; sicut intensum et remissum esset his motum, etiam si in mundo nihil aliud esset, numerum motus, et his

passum, numero passionis, et non alterius. » — Hec Petrus, et bene; dum tamen loquatur (z) de creatione passiva, quia illa tunc numeraretur; non autem creatio activa, quae est ipsa divina essentia et voluntas, quia illa non numeraretur in illo casu.

Sed forte dicet aliquis: Ita identificatur passio suo termino, vel plus, quam actio creata. Sed, propter falem identitatem actionis creatae cum suo termino, tu negas duas actiones creatas terminatas ad eundem terminum. Ergo similiter debes negare duas passiones terminari ad eundem terminum. Sed modo concessisti duas creationes passivas posse terminari ad eundem angelum. Ergo, etc. — Dicitur quod creatio passiva non est proprie passio, licet significetur modo passionis; nec est proprie mutationis; ut ostendit sanctus Thomas, I p., q. 45, art. 2 (ad 2^{um}). Passio enim proprie dicta implicat mutationem, quae non est in creatione. Sed a talis creatio importat habitudinem creaturae ad Creatorem, cum quadam novitate, sive inceptione x; ut patet, ibidem, art. 3, in solutione tertii. Et ideo creatio passiva non est eadem cum suo termino; nec includit illum intrinsecum, sicut passio proprie dicta includit suum terminum.

Ad quintum responsum est solvendo tertium Scotti contra primam conclusionem. Ideo de hoc nihil plus.

Ad sextum dicit Petrus (ibid.), quod « minor est falsa simpliciter: quia effectus dependet ex actione et agente, quae sunt duo distincta supposita; et ex agente et patiente, que similiter sunt distincta, et ex agente universalis et particulari, et ex masculo et feminino factis: et tamen non oportet multiplicari effectum. Si dicatur quod instantie currant de illis quorum quoddlibet per se non est causa sufficiens, et que sunt mediate; sed productio producti est illud a quo dependet productum immediate, et a quo solo perfecte, quia, posita productione, ponitur productum, omni alio circumscripsi; — dicendum quod verum est. Sed, propter hoc, positis duabus productionibus successive, per quarum primam productum, fuit corruptum ante secundam, non oportet secundam ad aliud productum terminari. Cum enim productio possit terminari ad omne possibile produci, et istud corruptum sit possibile produci sicut prius (quia non est magis elongatum a entitate per annihilationem quam ante creationem); ergo, si ante erat possibile produci, et nunc est possibile. Sed quandom durat productum, non est possibile produci distincta productione: non quia distet ab entitate; sed quia habet entitatem productam, et quod producitur de nova, non est antequam producatur. » — Hec Petrus.

Mihi videtur quod nullus effectus creatus dependet, in genere cause efficientis, necessario, nec

(x) loquatur. — loquitur Pr.

(z) etc. — Ad. Pr.

(G) etc.; — dico. — Qm. Pe.

(y) quin. — quando Pr.

(z) idem. — Ad Pr.

essentialiter, a quacumque actione aut productione creature: quia sine quacumque productione creature quilibet effectus creatus posset a solo Deo produci, et sine ejus actione nullus effectus potest produci. Sola ergo ergo divina actio et productio est a qua effectus creatus necessario vel essentialiter dependet quoad suum fieri et quoad suum esse. Divina vero actio non est multiplicabilis; sed, in se una manens, potest omnem effectum creatum producere, et productum annihilare, et annihilatum reproducere, nisi ejus unitati interruptio temporis repugnet. Et ideo minor argumenti neganda est propter falsam implicationem, sive loquatur de actione creata, sive de increata. Etsi enī aliquid dictum sit superius, quod aliquis effectus dependet de per se ex actione creata, hoc intelligendum est (z) ex suppositione et conditione, scilicet si producatur ab agente creato; non autem simpliciter et absolute. Unde in tali persistat et necessitate multum admiscetur de peraccidentalitate et contingentia.

Ad septimum dicitur quod sanctus Thomas istam questionem, scilicet utrum annihilatum per Dei potentiam possit idem numero reparari, non legitur a proposito pertractasse, nisi in questione de *Quilibet* supra allegata (*Quodlib. 4*, art. 5); et ibi explicavit mentem suam, tenendo quod sic: In *Scripto* vero, et *Summa*, ubi non discutiebat principaliter hanc questionem, sed de illa incidentaliter loquebatur, locutus est ut plures sui temporis loquebantur doctores; et visus est dicere quod non. Nec famen ex dictis ejus potest plene inferri quod hoc sit impossibile divinae potentiae, sed quod hoc contingit de potentia Dei ordinata. Et forte, quadragesimaquaerla distinctione iuris, et *4. Contra Gentiles*, ubi tractat de identitate resurgentium, non aliud intendebat nisi quod, posito et concesso illo principio Aristotelis, *2. de Generatione* (t. c. 70), *Quorum substantia corruptitur*, etc., non propter hoc impediretur identitas hominis resurgentis; quia nulla pars essentialis hominis per mortem cessit penitus in nihilum, tenendo quod in homine non sit alia forma substantialis nisi anima rationalis. Sed ponentes in homine aliquam formam substantialis corporalem distinctam ab intellectiva, concesso illo dicto Aristotelis, non possunt salvare ita faciliter contra philosophos Gentiles veram resurrectionem corporum, nec identitatem resurgentis et mortui. Utrum autem illud dictum Aristotelis sit verum, vel non, videtur ibidem sanctus Thomas dicere quod verum est ad mentem Aristotelis, sed non ad propositum. Ipse namque, dist. 44, q. 1, art. 1, q^a 2, primo loco, arguit sic: « Philosophus dicit, *2. de Generatione* (t. c. 70): *Quicumque habent substantiam corruptibilem* (§), *mota, non iterum*

tur eadem numero. Sed talis est substantia hominis secundum praesentem statum. Ergo post mutationem mortis non potest reiterari idem numero. » — Ecce argumentum: Sequitur responsio: « Dicendum, inquit, quod Philosophus loquitur de reiteratione que fit per motum vel mutationem naturalem. Ostendit enim differentiam circulationis que est in generatione et corruptione, ad circulationem quae est in motu corli. Quia corolum per motum localem reddit idem numero ad principium motus, quia habet substantiam incorruptibilem motam. Sed generabilia et corruptibilia redeunt per generationem ad idem specie, non ad idem numero: quia ex homine generatur semen, ex quo sanguis, et sic deinceps, quotisque perveniat ad hominem, non eundem numero, sed specie; et ex igne generatur aqua, et ex aqua terra, ex qua ignis, non idem numero, sed specie. Unde patet quod ratio inducta secundum intentionem Philosophi non est ad propositum. » — Hec ille. — Ex quo patet quod mens ejus est, quod, licet corruptum non possit redire idem numero per mutationem naturalem, potest tamen redire idem per actionem supernaturalem. Similiter, cum (z), 3 p^a, q. 77, art. 5, dicit quod « illud quod in nihilum decidit, non reddit idem numero », intelligit quod hoc non potest contingere sine novo miraculo, ut patet ex verbis ejus in fine articuli. Et eodem modo intelligenda sunt verba similia que ponit in eadem materia, duodecima distinctione, q. 1, art. 2, q^a 4.

II. Ad argumenta Aureoli. — Ad argumenta Aureoli respondetur. Et ad primum dicitur quod illud et omnia argumenta ejus sequentia, si quid probant, solum probant quod successivum corruptum reparari idem numero implicat contradictionem; et similiter de permanentibus, quantum ad esse subjectum motu et successione. Non autem probant de entitate permanente, ut abstrahit a motu et a mutatione, quin per Dei potentiam possit eadem numero reparari, quantunque fuerit corrupta vel annihilata. Unde ad istud primum, negatur minor, loquendo de entibus permanentibus; licet sit vera de successivis, de quibus procedit probatio, puta de circulationibus corli et de illuminationibus aeris interruptis, que sunt cum mutatione. Si enim illuminatio aeris fieret a sole sine successione et mutatione; sicut fiet post diem iudicii, tunc radius a sole procedens sine mutatione et successione, dato quod interrumpetur, posset a Deo idem numero reparari. Nec intellectus infallibilis existens necessario intelligit numerum vel distinctionem inter radium primo productum et secundo respiratum. Si autem intellectus sequens phantasie fallacias ponat

(z) est. — Om. Pr.

(5) corruptibilem. — corporalem Pr.

(z) cum. — tamen Pr.

inter illa numerum vel differentiam, nihil ad propositum, quia intellectus talis sepe fallitur. Et per idem patet ad illud quod dicit de lumine candela.

Ad secundum conceditur conclusio illata de entitate successiva essentialiter vel denominative, in quantum hujusmodi; et de entitate permanente, prout dependet a tempore vel motu vel mutatione, tamquam effectus vel terminus. Sed de entitate permanente, in quantum permanens est, nihil concludit, ut dictum fuit.

Ad confirmationem ibi factam, dicitur quod motus et quiete tempore mensurantur. Sed permanentia, in quantum hujusmodi, abstrahunt (²) a motu et quiete, et consequenter a tempore. Ideo non oportet quod interruptio permanentie impedit unitatem rei permanentis in ordine ad divinam potentiam, sicut interruptio motus et quietis repugnat eorum unitati.

Ad tertium, negatur minor. Nam tempus non est de intellectu esse permanentis, nec de per se cointellectu existentiae ipsius intelligibilis. Si autem tempus cointelligatur ipsi esse permanenti, hoc est de per accidens, propter imperfectionem nostri intellectus, qui pro isto statu non intelligit sine phantasmate, et admisceatur continuum et tempus. De hoc sanctus Thomas, 4. p., q. 85, art. 5, ubi arguit sic, secundo loco: « Omni compositioni adjungitur tempus praesens, vel praeteritum, vel futurum. Sed intellectus abstrahit a tempore, sicut et ab aliis particularibus conditionibus (³). Ergo intellectus non intelligit componendo et dividendo. » Ecce argumentum. Sequitur responsio: « Dicendum, inquit, quod intellectus abstrahit a phantasmatis; et tamen non intelligit actu nisi convertendo se ad phantasmatata. Et ex ea parte quia se ad phantasmatata convertit, compositioni et divisioni intellectus adjungitur tempus. » — Hec ille. — Item, 4. *Sentent.*, dist. 8, q. 2, art. 3, sic dicit: « Emuntatio non potest fieri de aliquo nisi secundum quod cadit in cognitionem. Omne autem cognoscens cognoscit secundum modum suum, ut dicit Boetius in libro *de Consolatione*. Et ideo, quia ratio nostra connaturale (⁴) habet, secundum statum viae, accipere cum tempore, propter hoc quod (⁵) eius cognitione oritur a sensibilibus, quae in tempore sunt, ideo non potest formare emuntationem nisi per verba temporalia; unde et cogitur, de Deo omniscienti, verbis temporalibus uti, quamvis intelligat eum supra tempus esse. » — Hec ille. — Ex quibus patet quod tempus non est de cointellectu esse rei permanentis de per se, sed per accidens. Et ideo substantia separata

ratæ non necessario cointelligunt tempus cum esse, nec cum aliis actibus qui tempore non mensurantur sed instanti vel aevio aut aeternitate. — Dicitur secundo, quod dictum Commentatoris allegatum intelligitur de verbis adjectivis, cuiusmodi sunt, *curro*, *ambulo*, non autem de verbis substantivis, cuiusmodi est hoc verbum *est*; alias ista esset falsa, *Deus est*; immo ly *est* non posset vere affirmari de aliqua substantia, nec de aliqua re permanente, sed solum de successivis, quia significaret solum formam fluentem et esse fluens. — Dicitur tertio, quod, dato quod tempus esset de cointellectu ipsius esse quoad omnem intelligentem, tamen ista consequentia nullam habet apparentiam: Tempus cointelligitur ipse esse; ergo ubi est vel cointelligitur aliud tempus, est vel cointelligitur aliud esse. Quia, si valeret, tunc nullus homo posset intelligere idem esse permanentis diversis temporibus, nec intelligere quod aliquid esse permanentis idem numero duret, vel duraverit per duas horas, si ad variationem temporis variatur esse. — Dicitur quarto, quod interruptio temporis praeteriti et futuri, sine aliquo continuante illa, potest intelligi cum idemitate numerali ejusdem esse permanentis: puta si corum staret, et postea iterum moveretur; et idem homo viveret cum primo et cum secundo motu eoli et termino, quiete intermedia, sicut forte accidit tempore Iosue, cum sol stetit. Unde patet quod variatio temporis nullo modo infert non identitatem esse permanentis.

Ad primam confirmationem, dicitur, negando minorem. Nam anima separata potest concipere Deum esse, non cointelligendo tempus. Quod evidenter patet post diem judicij, quando non erit tempus continuus, de quo arguens loquitur.

Ad secundam confirmationem, dicitur, negando antecedens. Nec valet probatio per simile de motu et moveri cum esse et vivere; quia fit comparatio de actu successivo et fluente ad actuum slantem et permanentem. Primus enim essentialiter est in tempore, secundus vero per accidens; ideo binariusactus fluentis est semper secundum essentiali numerus; sed res permanentes potest numerari per accidens, penes aliquid extrinsecum, sicut dicitur, 4. *Physicorum*, de *nunc*, quod est idem secundum substantiam, sed multiplex secundum esse. De hoc in simili sanctus Thomas, 4. *Sentent.*, dist. 40, q. 3, art. 1, in solutione tertiae quæstionis, sic dicit: « Aliquid dicitur esse in tempore dupliciter: uno modo per se; alio modo per accidens. Quia autem de ratione temporis est prius et posterius, et illud per se inest alieni quod convenit ei secundum rationem sum speciei; ideo illa per se sunt in tempore, in quibus requiritur ad complementum sum speciei aliquid quod in futurum expectatur. Et hoc modo motus est in tempore; non enim completur species motus immediate, nisi perveniat ad ter-

(2) *abstrahunt*. — *abstrahunt* Pr.

(3) *particularibus conditionibus*. — *partibus conditoris* identibus Pr.

(4) *naturæ quantitate*. — *videntur connaturales* Pr.

(5) *quod*. — *quod* Pr.

minimum. Et similiter quies est in tempore, eo quod quiescere est eodem modo se habere nunc et postea; et sic de ratione quietis est ut aliquid in futurum expectetur. Per accidens vero aliquid dicitur esse in tempore, ad eujus speciei complementum nihil requiritur, quod in futurum expectetur, sicut esse hominem, quod in uno instanti completur; sed est conjunctum motui, qui per se est in tempore, prout esse hominis dicitur esse variable. » — Haec ille.

Ad quartum dicitur quod argumentum illud concludit quod corruptum non potest reparari idem numero per agens creatum, nec per actionem creatam; quia duas actiones createas numero differentes non possunt terminari ad eundem terminum, qui per quamlibet illarum producatur simpliciter *de non esse ad esse*. Seus est de divina actione, a qua sola omne productum essentialiter vel necessario dependet, et quae nunquam interrumpitur, nec essentialiter minuitur (*z*) aut multiplicatur. — Et per idem patet ad confirmationem ibidem factam.

§ 3. — AD ARGUMENTA CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Aureoli. — Ad primum Aureoli contra tertiam conclusionem, negatur minor. Et ad probationem ejus, dicitur quod, licet ex reparacione aliquis motus corrupti in identitate numerali non separatur contradicatio de qua loquitur argumentum, sequuntur tamen aliae contradictiones: puta quod talis motus est unus cum priori et non est unus cum priori, ut deducit sanctus Thomas et Godefridus. — Dicitur ulterius, quod ex tali reparacione sequitur quod idem subjectum simul et semel est subjectum prioritatis et posterioritatis, et non solum successive, et hoc respectu unius et eiusdem; et quod contraria simul insunt eidem subjecto, et quodlibet per se et essentialiter. Quod patet. Nam accipio motum localem qui factus fuit super lineam rectam A B C. Constat quod prima pars motus qui est de A in B, est essentialiter prior alla parte motus qui est de B in C. Nam prioritas et posterioritas est essentialiter de ratione motus in communione; et talis prioritas et posterioritas in singulari est de ratione hujus motus in singulari. Nam da oppositum, quod illa pars motus que est de B in C, sit prior ea que est de A in B, non posset esse idem motus qui prius secundum numerum: immo nec secundum speciem, quia primus motus erat rectus, iste autem reflexus, et termini unius differunt secundum speciem a terminis alterius, ut habetur, *R. Physicorum* (t. c. 64, etc.). Tunc pone quod ille motus post sui corruptionem reparatur. Constat quod partes habebunt eundem ordinem,

z) minuitur et innatur pr.

quem prius, cum sit illis essentialis; et cum hoc habebunt ordinem oppositum, quia prima pars motus erit posterior secunda, quia erit reproducta et reparata post illam et post ejus corruptionem; et sic simul et semel erit prior et posterior illa, et hoc tanquam per se et essentialiter, sicut tempus reproductionis est posterius tempore prime productionis. — Item, secundum omnes, impossibile est tempus corruptum idem numero reparari. Sed hoc sequitur, si motus idem numero repararetur. Quod probatur. Quia, licet non sit nisi unum primum et principale tempus subjective existens in motu primi mobilis, tamen, sicut ostensum fuit in 2. *Sentent.* (dist 6, q. 4), quilibet motus, presertim localis, uniformiter habet suum proprium tempus sibi subjective inherens, quod non est aliud quam numerus prioritatis et posterioritatis abstractive, vel prioris et posterioris temporis partis motus concretae. Cum ergo, reparato motu, reparetur eadem prioritas et posterioritas, et idem numerus prioritatis et posterioritatis in motu, sequitur quod reparatur idem tempus numero. Ex alia parte sequitur quod non est idem, sed aliud tempus. Ergo contradictoria.

Ad secundum ejusdem patet responsio per praedicta; quia includit multa falsa. Primum est, quod duratio sit de intellectu cuiuslibet existentis, potissimum duratio que est tempus. Secundum est, quod repugnat euilibet intellectui ligare quod permanens corruptum idem numero reparetur, vel quod hoc repugnat humano intellectui. Tertium est, quod intellectus non semper variata duratione variet ipsum durans necessario. Quartum est, quod nulla proprie dicta contradictione sequatur, si motus corruptus ponatur idem numero reparari, ut patet ex dictis.

II. Ad alia argumenta. — Ad argumēta secundo loco adducta contra tertiam conclusionem, dicitur quod rationes Durandi, et aliorum, quae post illas positae sunt, patiuntur multas insistantias et probabiles solutiones, sicut ex dictis Petri superius est ostensum. Rationes autem Godofridi, quae in idem redeunt cum rationibus sancti Thomae, insufficienter solvit et calumniatur Durandus, sicut ostendit Petrus (dist. 43, q. 3), dicens quod « instauratio ad *primum rationem* non valet. Quia ille motus non est unus, cuius partes non copulantur ad aliquid unum terminum communem, cum ista sit diffinitio configui. Sed motus secundum naturam interruptus, propter hoc solum partes non copulantur ad unum, quia est interruptus; nec est alia ratio. Ergo si motus qui fuit antehoc, et non hinc, reparatur hodie, propter interruptionem dielius terminus, nulla pars hodierni (*z*) cum parte ante-

(z) hodiernum et hodiernus pr.

ponit in de *Spiritualibus creaturis*, q. 2, in solutione tertii, ubi sic dicit: « *Anima* habet esse subsistens, in quantum esse suum non dependet a corpore, utpote supra materialm corporalem elevatum. Et tamen ad hujus esse communionem recipit (z) corpus, ut sic sit unum esse animae et corporis, quod est esse hominis. Si autem secundum aliud esse uniretur sibi corpus, sequitur quod esset unio accidentalis. » — Hec ille. — Item in questionibus de *Anima*, q. 1, in solutione primi, sic dicit: « Licet anima habeat esse completum, non tamen sequitur quod corporis et accidentaliter uniatur. Tum quia illud idem esse, quod est anime, communiciatur corpori, ut unum esse sit totius compositi. Tum etiam quia ens anima possit per se subsistere, non tamen habet complementum speciem sed corpus advenit ei ad complementum vel complementum speciei. » — Hec ille. — Tunc ad primam improbationem hujus, quam adiunxit Scotus, dicitur quod, licet humanitas, quae dicitur entitas totalis, corrumperetur in morte hominis, tamen illa non est esse totale hominis, loquendo de esse existentie, quo totus homo actu substantiatis exsistit. Et enim existentie hominis differt realiter a qualibet parte hominis, et ab humilitate, et alicuiusmodi et ab hoc hominis. Posset tamen humanitas dici totalis esse hominis, loquendo de esse existentie sed de hoc non corruptiorum nam, sed de esse existentie. Quia tamen ista humanitas eadem numeris in resurrectione reparatur ostendit sanctus Thomas, 4^a *Quaestio Gentilium*, cap. 81, dicens: « De humanitate non est intelligendum quod sit quedam forma corporis genitus, ex coniunctione formae ad materiam, quasi redditus (z) sit filia ab intropie; quia, cum per formam uniformem, hoc aliquid acto, est dicitur, 2. de *Auting* (t. c. 2), illa terrena forma consequens non esset substantialis, sed accidentalis; item autem quidam quod forma partis operari est et forma totius, sed dicitur forma partis secundum quod habet materialm esse in actu, forma vero totius dicitur secundum quod compleat species rationem; et secundum hoc humanitas non est aliud (y) realiter quam anima irrationalis unde patet quod, corruptio corpore, non credit in humanum. Sed ipsa humanitas est secundum hominis, essentia autem rei est quana significatio (z) definitio, definitio autem rei naturalis non significat (z) tantum formam, sed formam et materiam, necessarium est quod humanitas significet aliquod compositionem ex forma et materia, scilicet homo, dicitur tamen. Nam humanitas significat principia

essentialia speciei, tam formalia quam materialia, cum precisione principiorum individualium dicitur, enim humanitas secundum quam aliquis est homo, homo autem non est aliquis ex hoc quod habet principia individualia, sed ex hoc quod habet principia essentialia speciei, et ita humanitas significat sola principia speciei, abinde significatur per modum partis. Homo autem significat (z) principia essentialia speciei, sed non excludit principia individualia a sui (z) significatione, nam homo dicitur qui habet humanitatem, ex quo non excluditur quin alia habere possit. Et propter hoc homo significatur per modum totius et significat (z) enim principia essentialia speciei in actu, individualiter vero in potentia. Sociales vero significat (z) utrumque in actu, sicut et differentiam genus habet potestate species vero actu (z). Unde patet quod et homo in resurrectione reddit, et tamen humanitas numero, propter animam rationalis pecuniam et materia unitatem. » — Hec ille. — Similia ponit 3. *Sententia*, dist. 44, q. 1, art. 1, qd. 23, in solutione secundi.

Ad secundam improbationem, dicitur quod secundum predicta, totale esse existentiae substantialis hominis non est aliud quam esse existentiae substantialis anime, sive coniuncte, sive separatae, licet esse totale bonum, prius includit esse substantialis et esse accidentalis, et similiter ad secundum et respectivum, si aliud ab esse anima et similiter, ut prius dictum est, esse qualitatum huiusmodi, quod dicitur esse existentie, si aliud dicunt esse essentie et qualitatibus animae, illo modo que anima, habet qualitatim et naturam propriam, impropter. Et ad huiusmodi improbationem, dicitur quod, licet totum, pars totus homo, indicat aliud esse essentie quam anima, non tamen operari quod habeat aliud esse existentie; presentum quia anima humana, cum sit substantia, secundum hanc semper esse existentie et subsistentie, quod non compatibile secundum impedimentum, vel suppositum, vel composite aliud esse actualis substantiam, ut patet per predictam. Secus est in superius. Tunc, ut dictum fuit, 3. *Sententia*, dist. 8, p.

Ad tertium improbationem, dicitur quod predictis sancti Thomas bene intellectis in dictis artis, nulla est vera et existens contradictione, nam, bene, illius argumentum sit apparente, et nihil sine contradictione dicitur, si quod non est esse humanus coniuncte et anima separata, tamen quod anima coniuncta perfectionem actionis vel perfectius esse naturale habet quam separata.

(z) *existit* — recurrerit Pr.

(y) *realiter* — totaliter Pr.

(z) *definitio* — aliquid fit Pr.

(z) *significat* — significat Pr.

(z) *significat* — significat Pr.

(z) *huiusmodi* — usque ad alteram om. 17

quia ille excessus non attenditur quantum ad ali-
quid intrinsecum vel esse essentiale ipsi esse substantiali
animae, sed quantum ad aliquid extrinsecum vel
accidentale, utputa quia aliquis effectus habet cor-
pori conjuncta, quos non potest habere a corpore
separata. De hoc sanctus Thomas, in *de Spirituali-
bus creaturis*, q. 2, ubi arguit sic, quinto loco : « Forma non est propter materiam, sed materia
propter formam. Unde anima non unitur corpori
ut perficiatur corpus; sed magis corpus, si anima
est forma ejus, unitur ei propter animam perfectio-
nem. Sed anima ad sui perfectionem non indiget
corpore, cum sine corpore possit esse et intelligere. Ergo anima non unitur ei ut forma. » Eoce argu-
mentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit,
quod nulla pars habet perfectionem naturae sepa-
rata a toto. Unde, cum anima sit pars humanae
nature, non habet perfectionem naturae sue nisi in
unione ad corpus. Quod patet ex hoc quod in virtute
ipsius animae est quod fluant ab ea quedam po-
tentiae, que non sunt actus organorum corporalium,
secundum quod excedit corporis proportionem; et iterum (z) quod fluant alicui potentiae, que sunt
actus organorum, inquantum potest contingi a ma-
teria corporali. Non autem est aliquid (3) perfectum
in sua natura, nisi actu explicari possit quod in eo
virtute continetur. Unde anima, licet possit esse et
intelligere a corpore separata, tamen non habet
perfectionem naturae cuius est separata a cor-
pore, ut Augustinus dicit, 12. *Super Genesim ad litteras* (cap. 35). » Hoc illud. — Ex quibus
patet quantum ad quid anima conjuncta, est perfe-
ctionis naturali perfectione quam separata.

Nec vides objectio in oppositum facit: quia major
illa argumenti est falsa. Et ad probationem illius,
dicitur quod, licet aliqua perfectio presupponatur
ei quod est agere vel communicare perfectionem
(quia aliquis actus prius, et aliquod esse), tamen
omnis causa efficientis creata perfectior est dum actu
causat quam dum non causat nisi in potestate, et
dum est sub operatione quam dum est sub solo
habebit, et dum communicabit quam dum non com-
municabit perfectionem. Unde sanctus Thomas, *de
Potentia Dei*, q. 7, art. 10, sic dicit : « Oportet,
inquit, illud quod habet semper rationem patientis
et modi sive causati, habere ordinem ad agens sive
movens, cum semper effectus a causa perfectiori ei
ab eo dependeat; unde ordinatur ad ipsum sicut ad
summum perfectivum. Agentia autem sive moventia
vel causis adiungendo habent ordinem ad patientia
vel modis vel causata, inquantum scilicet in ipso
effectu vel passione vel modo attendunt quoddam
bonum ei perfectio coveniens, vel aperiunt
maxime patet in agentibus minoribus, quae per actionem

nem sue speciei similitudinem induunt, et per
consequens esse perpetuum sue speciei, secundum
quod est possibile, conservant. Patet etiam hoc idem
in omnibus aliis que mota mouent vel agunt; et
similiter in omnibus in quibus quocumque bonum
provenit cause ex effectu. » — Hoc illud. — Item,
4. *Sentent.*, dist. 49, q. 1, art. 2, in solutione
secunde questio[n]e, sic dicit : « Cum res magis
sit in actu secundum quod est operans quam secun-
dam quod est potens operari, erit ultima perfectio
unitus iusque rei sua operatio perfecta; unde res
dicitur esse propter suam operationem. » — Hoc
illud. — Simile dicit, 4. 2^a, q. 3, art. 2. Et, I p., q.
6, art. 3 : « Perfectio, inquit, rei triplex est. Prima
quidem, secundum quod in suo esse constituitur.
Secunda vero, prout aliqua accidentia ei superaddun-
tur necessaria ad suam perfectam operationem. Tertia
vero perfectio alicuius est per hoc quod ad ali-
quid aliud attingit sicut ad finem. » — Hoc illud. —
Item, 4. *Sentent.*, ubi statim dictum fuit (dist. 49,
q. 1, art. 2, q^{ta} 2), sic dicit : « Ultimus finis rei in
ipsa acceptus, est illud per quod conjungitur suo
fini exteriori, qui est principium perfectionis sue.
Deo autem, qui est ultimus finis rerum, res dupli-
citer conjungi possunt. Uno modo, per modum assi-
milationis; et sic illud dicuntur esse Deo coniunctis-
sima, quae sunt Deo similia. Et, secundum hoc,
oportet illud in inopioque esse ultimum finem
ejus, secundum quod maxime Deo assimilatur.
Unumquaque autem secundum hoc ad Dei simili-
tudinem accedit, secundum quod est actu; reedit
vero, secundum quod est in potentia. Et ideo illud
per quod res maxime est in actu, est ultimus finis
ejus. » — Hoc illud. — Item, 3. *Contra Gentiles*,
cap. 20 : « Quilibet res tendit in divine bonitatis
similitudinem sicut in finej. Divine autem boni-
tati assimilatur aliquid quanbim ad omnia que ad
propriam pertinent bonitatem. Bonitas autem rei non
solum in suo esse consistit, sed in omnibus aliis
que ad suam perfectionem requiruntur. Mani-
festum est ergo quod res ordinatur in Deum sicut in
finej, non solum secundum esse substantiale, sed
etiam secundum ea quae ei accidunt pertinentia ad
perfectionem, et etiam secundum propriam operatio-
nem, quae etiam pertinet ad perfectionem rei. »
Hoc illud. — Et in sequenti capitulo sic dicit : « Ex
his autem apparet quod res tendunt in divinam
similitudinem etiam in hoc quod sunt cause aliorum.
Tendit enim in divinam similitudinem res creata
per suam operationem. Per suam autem operatio-
nem una res fit causa alterius. Ergo in hoc etiam
res continentur et similiari in divinam similitudinem
ut in aliorum causa. » — Hoc illud. — Et, multis
aliquot, concludit sic : « Prus est unumquaque
in se perfectum, quam possit alterum causare. Hoc

— etiam res intendunt — intendunt etiam Pr.

ergo perfectio ultimo accedit rei, ut aliorum causa existat. Cum ergo per multa res creata in divinam similitudinem tendat, hoc ultimum ei restat, ut divinam similitudinem querat per hoc quod sit aliorum causa. » — Haec ille. — Et in principio capituli 22 sic dicit : « Ex premissis autem manifestum esse potest quod ultimum per quod res unaquaque ordinatur ad finem, est ejus operatio. » — Haec ille. — Ex quibus patet quod, cum anima unita vel conjuncta corpori sit magis in actu quam separata, et plurimum effectum in causa, tam in genere cause formalis quam efficientis, quod ipsa conjuncta perfectior est secundum naturam suam quam separata; ad quod facit, quia perfectius attingit finem suum proximum of naturalem, scilicet constituere naturam quamdam specificam integrum, scilicet humanitatem et personam humanam. De hoc beatus Thomas, *de Anima*, q. 1, in solutione septimi, sic dicit : « Anima unitur corpori propter bonum substantiale, quod est substantialis perfectio, ut scilicet compleatur species humana; et propter bonum quod est perfectio accidentalis, ut scilicet perficietur in cognitione intellectiva, quam anima acquirit ex sensibus (2). » — Haec ille. — Item, in solutione duodecimi, sic dicit : « Anima habet aliquam dependentiam ad corpus, in quantum sine corpore non pertingit ad complementum speciei. Nec tamen sic dependet a corpore, quin (3) sine corpore possit esse. » — Item, in solutione decimiseptimi, sic dicit : « Principia essentialia alienus speciei ordinantur non tantum ad esse, sed ad esse speciei. Liceat ergo anima possit esse per se, non tamen potest esse in complementum sue speciei sine corpore. » — Haec ille.

Cum autem dicit arguens, quod, secundum opinionem sancti Thoma, nullum novum esse acquiritur per hoc quod anima communica suum esse toti composite, etc.; — dicitur quod, licet non acquiratur aliud esse substantiale existentiae, acquiritur tamen nova natura specifica, novum suppositum et persona, large loquendo de novitate, ut accipiatur pro inceptione vel reparacione. Ex quibus patet quod argumenta non procedunt.

Ad quartam improbationem, negatur antecedens. Et ad ejus probationem, patuit, 2. *Sentent.* (dist. 45, q. 1), quid dicendum sit.

II. Ad argumenta Aureoli. — Ad argumenta Aureoli ultimo inducta, patet responsio ex prædictis : quippe omnia illa probant secundam conclusionem nostram. Licet Durandus ad omnia talia probabiliter responderet, tamen tenet cum sancto Thoma, in *Quodlibeto*, unde sumpta sunt conclusiones. Qualitercumque enim sensit in *Scriptis*,

vel visus fugit sensisse in *Tertia Parte*, determinatio *Quodlibeti* videtur mihi rationabilior : quia ibi solum tractavit istam materiam a proposito et informauit; in aliis vero locis incidenter solum, et cum suppositione, et respondendo magis ad hominem quam ad rem.

Ad argumentum contra questionem (2) patet responsio per predicta.

Et hoc de questione sufficient. De qua benedictus Deus. Amen.

QUÆSTIO IV.

UTRUM RESURRECTIO OMNIUM MORTUORUM ERIT IN EODEM INSTANTI

 **S**TERUM, circa quadragesimam tertiam distinctionem, queritur : Utrum resurrectio omnium mortuorum erit in eodem instanti.

Et arguitur quod non. Quia nullus resurget in instanti: ergo, etc. Consequentia patet. Antecedens prodatur : quia nullus motus localis potest esse in instanti, nec subito, ut habetur in *de Sensu et sensato* (cap. 7); sed ad resurrectionem exiguntur aliquis motus localis in collectione cinerum: ergo non sicut in instanti, nec subito.

In oppositum arguitur. Quia, 1. *Corinth.* 45 (v. 51 et 52), dicitur : *Omnis quidem resurgemus in momento, in ictu oculi.* Ergo resurrectio omnium erit subito.

In hac questione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, recitabuntur objections. In tertio, ponentur solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod resurrectio mortuorum non solum fide tenetur, immo natura ratione probabilitate convineatur.

Hanc ponit sanctus Thomas, 4. *Contra Gentiles*, cap. 79, ubi sic dicit : « Ad ostendendum resurrectionem carnis futuram evidens ratio suffragatur,

(2) *sensibus*. — *sensibilitas* Pr.

(3) *quin*. — *quamodo* Pr.

(2) *questionem*. — *conclusionem* Pr.